

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-316393-p0002-5

DFG

7.  
RVDIMENTORVM  
DIALECTICAE MEDICAE

S P E C I M E N:

RVDIMENTA *1782* 2.

DIALECTICAE IATRICES

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE  
PERILLVSTRIS ET GRATIOSAE  
FACVLTATIS MEDICAE  
IN REGIA FRIDERICIANA

P R O G R A D V

DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME IMPETRANDO

A.D. D. XV. M. AVG. C<sup>I</sup>X<sup>I</sup>D<sup>I</sup>C<sup>L</sup>XXXIX;

FVBLICO EXVDITORVM EXAMINI

S V B I I C I T

CHRISTIANVS FRIDERICVS DANIEL,

HALLA - MAGDEBURGICVS.

H A L L A E

APVD IOANN. CHRIST. HENDELI.





ADMISSIONSSTAMM  
HALLESCHE MEDIKE

8 5 9 1 1 1

REDACTIO

DIALECTICA IN LIBRIS

COLLEGIUM ANATOMICO PHYSICOLOGICUM  
HISTORICO NATURALIS ET MEDICOLOGICUM  
ACADEMICUM ET MEDICOLOGICUM  
IN HALLIS SAXONIAE

EDITIONES

LIBRARIA

1750

1751

1752

1753

1754

1755

1756

1757

1758

1759

1760

1761

1762

1763

1764

1765

1766

1767

V I R O.

P E R I L L V S T R I .

E X C E L L E N T I S S I M O .

E X P E R I E N T I S S I M O .

D O M I N O .

C H R I S T I A N O . A N D R E A E .

M V O I M C O T H E N I O .

M E D I C I N A E . P E R . X . L V S T R A . D O C T O R I .

S . R . I . N O B I L I . E T C O M I T I . P A L A T I N O .

P O T E N T I S S I M O . B O R V S S O R V M . R E G I .

A C O N S I L I Y S . I N T I M I S .

E T .

A R C H I A T R O . P R I M A R I O .

R E G I O R V M . E X P E C T I V M . P R O T O - M E D I C O .

C O L L E G I I . M E D I C I . S V P R E M I . D E C A N O .

E T .

A L T E R I . D I R E C T O R I .

C O L L E G I I . M E D I C I . C H I R V R G I C I .

A T Q V E .

A C A D E M I A E . N A T V R A E . C V R I O S O R V M .

D I R E C T O R I .

A C A D E M I A E . R E G I A E .

S C I E N T I A R V M . B E R O L I N E N S I S .

M E M B R O . H O N O R A R I O .

A C A D E M I A E . R E G I A E . M E D I C A E .

P A R I S I E N S I S . S O D A L I . C O L L E G I I .

S A N I T A T I S .

E T .

I N S T I T U T I . P A V P E R V M . C V R A M .

G E R E N T I S . A D S E S S O R I .

P A T R O N O . E T M A E C E N A T I S V O .

A E T E R N V M . P I E . D E V E N E R A N D O .

WILHELM  
HERMANN  
CHRISTIANUS  
HOC SPECIMEN ACADEMICVM  
TAMQVAM SVMMAE.  
PIETATIS ET OBSERVANTIAE.

MONUMENTVM.

CONSTITUTIO  
SOCIETATIS  
ACADEMIAE  
HERMANNAE  
CHRISTIANAE  
PIETATIS  
OBSERVANTIAE  
D.D.D.

A V C T O R.

VIR PERILLVSTRIS,  
EXCELLENTISSIME,  
EXPERIENTISSIME,

VM  
A.E.  
**G**ratissimum profecto, nescio  
quem, acerrimumque stimulum ad  
comparandam sibi doctrinam addit  
summi alicuius viri splendidum  
exemplum, quod quidem quum  
maximam in summum virum reue-  
rentiam gignit, augetue, tum et-  
iam facit, ut imitator operam det,  
quo vtilis aliquando fiat ciuis rei  
publicae.

Ne mireris itaque, **VIR PER-**  
**ILVSTRIS**, quod, ne omni-  
no inutilis aliquando essem rei pu-  
blicae ciuis, **TVA** vestigia pressi,  
licet prosequi eadem et explere ne-  
queam: vnde fit, ut per summam

TVI

AIR PERILLAS TRIS  
EXCELENTESSIME  
EXPERIMENTISIME

TUI TVO RVM QVE meritorum  
obseruantiam, tot tantisque prae-  
terea fauoris TVI in me singula-  
ris documentis auctam, omnia,  
quaecumque TIBI euenant, mea  
etie attentione dignissima, putem,  
quaque TIBI grata accidunt, mi-  
hi longe suauissima sint.

Quum itaque, nescio, vtrum  
TIBI contigerit ea felicitas, an po-  
tius omnibus TVIS, id est, splen-  
didae familiae, amicis, cultoribus,  
viris eruditis, medicis, aegrotis,  
ciuibus omnis generis, vt hodie  
dies redeat, quo ante x. lustra doc-  
toris medicinae honores, in laudem  
artis

um  
rae-  
ula-  
nia,  
mea  
em,  
mi-  
ni-  
rum  
po-  
plen-  
bus,  
rotis,  
odie  
doc-  
dem  
artis

artis medicae, plurimorum ciuium bono, TIBI collati fuerunt, non potui, quin laetum hunc diem TIBI, ciuibus, mihi denique, gratularer. Atque, eius rei gratissimae memoriae conseruandae gratia, id quidem impertraui a gratioſo ordine medico, vt summos eodem die in me conferret honores, eius scientiae, cuius praefidium ornamentumque et fuisti, et olim aliquando eris. Eris, inquam, diu eris: sane enim audiet Deus tot' TVORVM, TIBIQVE addiectorum hominum, hodie vota, qui placidam TIBI laetamque senectutem, commodam virentemque valetudinem, prosperrima denique omnia adpre-  
can-

D  
39  
cantur. Quorum in numero me  
vel maxime, esse TIBI, quaeſo,  
persuadeas. Valeas et fauere per  
gas

Immortalis TVI nominis  
eternis gloriis et immortalis  
in hoc mundo bonum et certe  
nisi ex te, et tu non nisi ex te  
miserere mortali. Et tu non  
obnubila muto et mortali  
in hac vita, mundi, et  
in vita post mortali res ipsa  
enim mortalibus auctoribus  
miserere. Tu non  
miserere mortali super ille  
mentibus cultori deuotissimo,

CHRIST. FRIDER. DANIEL.



RUDIMENTORVM  
DIALECTICAE MEDICAE  
SPECIMEN.  
RUDIMENTA  
DIALECTICAE IATRICES.

**E**stne medicina ad summum,  
quo potest, fastigium producta? iam  
ante plures annos ex me quaesui. Et  
qui poterit ad maius euehi, interrogati-  
ui, quum facile, quod posset deberet-  
que magis etiam coli, perspicerem.

2.

Est quidem, quod putes, medici-  
nam increscere experientia et experi-  
mentis, quae saepe casus fortuiti, oc-  
casiones variae, doctis viris oblatae,

A prae-

EL.

2

praestant, vt, parum, vel nihil prorsus, de industria ad medicinae incrementum contribuere nos posse, arbitraris.

3.

Vt vero mittam casus fortuitos, occasionibus tamen, et obseruandi, et experiundi, vix rite vsurus est quis, nisi scientiam suam bene calleat, vaustum eius campum cognitum habeat, indolem totius, eiusque partium, et harum nexum, perspiciat, et bene obseruare et experiri sciatur.

4.

Iam pone, in quodam omnes do tes adesse, quae requirantur, vt iam aut aliquando, occasionibus, medicinae incrementum promouendi, rite vtatur fateberis tamen, instituendos iuuenesse, eoque admidendum, vt, quum vita breuis, ars longa, *debite et breui labore*, vel institutione per sermonem, vel per lectionem, vel propriam experientiam et experimenta, scientiam ad discant,

Itaque quaeritur, num medicinae ambitus, partium constitutio et nexus, tum inter se, tum cum scientiis auxiliaribus, methodus discendi, docendi, et amplificandi scientiam, rite definita sint, ut discentes, vel labore proprio, vel alieno, institutione per sermonem, aut lectionem, rel, debite e breui labore, erudiantur.

Nascitur inde idea de dialectica, seu logica, totius medicinae, eiusque partium, quae sit doctrina, docens medicinae, eiusque partium, genium, ambitum et nexus cum aliis scientiis, partibus, methodumque discendi, docendi, et amplificandi, scientiam: quare exponet, quomodo in medicina, eiusque partibus, rite cogitemus et eloquamur, seu definitiones, diuisiones et syllogismos, formemus.

**N. 1.** Similem laborem videntur obscure conceperisse et suscepisse C E L. ZIMMERMANN V S V. d. Erfahrung et THIERY.

A 2

N. 2.

N. 2. Dialecticam physices composuit Ita-  
lus. cf. Opera di Franc. Maria CAVAZ-  
ZINI ZANOTTI Bonon. 1779. 4.  
T. 3. Taceo de dialectica ICTor.

Non putarem, superuacaneam  
quem habiturum esse hanc doctrinam,  
quod, vel dialectica vulgari, seu philo-  
sophica, haec absoluī, putet, vel, eam  
doctrinam, quam encyclopaediam vo-  
care solent, haec exhaustire iam, arbi-  
tretur. Dialectica enim philosophica, li-  
cet plura hac de re definiat, atque hic  
supponenda sit, rem tamen nostram pro-  
pius non tangit, quae e natura scien-  
tiae ipsius desumi debet. Et encyclo-  
paedia medica historice tantum definit,  
quid totam scientiam, quid partes, con-  
stituat.

## 8.

Magnam e contrario haec scientia  
spondet utilitatem, maxime, dum, huc  
usque perperam praeteruisa, conditur,  
colitur aliquando. Multa enim huc vi-  
que male sunt penitus neglecta, quoni-  
am

Ita  
vaz  
9. 4

eam  
nam,

hilos  
eam

vo  
arbi  
ca, li

e hic  
pro

cien  
cyclo

finit,  
con

entia  
huc

ditur,  
ac v

moni  
am

am vel scriptor, vel docens, sicut e re  
sua fuit, hoc, vel illud, ad aliam medi-  
cinae partem retulit, quam iam non cu-  
rauit. Leges etiam, quibus medicina  
potissimum innititur, rite instituendo-  
rum, tum obseruationum, tum experi-  
mentorum, male neglectae sunt, dum  
multum procul dubio medicina prosecu-  
set, si tum obseruationes, tum experi-  
menta, debite semper suissent instituta.

9.

Initium itaque faciam, per exem-  
plum ostendendi, quid praestare dialec-  
tica totius medicinae possit, specimen  
editurus dialecticae iatrices, quod ae-  
qui bonique consulas, B. L., dum no-  
num sufficio labore, atque ita suffici-  
o, vt, de parte mea sollicitus, quibus-  
dam desideratis forte non satisfaciam,  
quum de toto vix possim iam cogitare,  
forteque, dum vniuersalia non sunt satis  
animo obiecta, vel eorum aliqua huc  
ducam, vel huc ducendorum alia negli-  
gam, potissimum quum fugitiuo iam  
calamo haec consignem.

10.

Vereor statim, ne plures fugiat,  
quid per iatricem velim, num medicinam,  
an materiam medicam. Intelligo  
autem per *iatricem* (§. 27.) materiam  
quidem medicam, quam dicunt, ut ta-  
men dubitem, hac voce vti, quin hu-  
ducam alia, quae aliorum referri so-  
lent, qua de re iam plura dicenda  
erunt.

N. Nolis me reprehendere, tum quo-  
demum §. 10. et ne hoc quidem, se-  
potius §. 27. definitionem iatrices ex-  
hibeam, tum quod obscura utar voce.  
At vero respondeo ad primum, me vti  
que ita debuisse, nec vitium vere me  
commisso: ad alterum idem, praeter  
eaque nouas ideas nouas requirere vo-  
ces, ne oriatur confusio.

Medicina potissimum docet, quo-  
modo ciuium sanitas augeri, confirmari  
et conseruari possit, et debeat, auer-  
ti itaque quid possit et debeat, quod  
sanitatem laedat. Ipse enim vius vitae  
et

et sanitatis comitem habet destrucciónem virium hominis, naturalem, voluntariam, accidentalem, vel plenariam, vel imperfectam. Sed non defunt, quibus vita et sanitas nihilo minus diu conseruentur.

12.

Datur medicinae partes, quae praecipiunt, quomodo sanitas conseruari et amissa restituī possit, dum exponunt, quae debeant vel agi, vel omitti, vt scopus obtineatur praefixus. Continentur praecepta non regulis solum, sed visu, regimine, obiectorum, quibus sanitas vel conseruatur, vel restituitur.

13.

Sed ea obiecta non sunt absolute talia, sed relativa. Idem enim, quod in hoc sanitatem conseruat, in altero restituit, in tertio laedit.

14.

Doctrina, quae sanitatem conseruare docet, desiderat cognitionem obiecto-

iectorum, quibus id possit obtineri. Par  
ri ratione doctrina, quae restituere sa  
nitatem docet, eiusmodi requirit cog  
nitionem: nec minus doctrina, quae  
de laesa sanitate praecipit.

## 15.

Ea obiecta vel sunt homini inha  
rentia, vel extrinseca.

Homini inhaerentia sunt vires,  
animus, anjina, vires vitales, vel, quae  
has absoluunt ex parte, ratio oecono  
miae corporis humani, structura, et  
mixtio, tum solidorum, tum fluidorum.

Extrinseca sunt res mundanae,  
quae homini sunt familiaria, vel vitae  
et sanitatis pabulum quoddam, ut vi  
detur, suggerunt, vel sunt indifferen  
tia, et sub conditione tantum vitae, sa  
nitatique, aut infesta, aut congrua. Aë  
ris, aetheris, fluidi electrici, alimento  
rum, rel. memor modo sis, ne de  
his dubites.

## 16.

Pa-  
e fa-  
cog-  
quae

hae-  
res,  
uae  
no-  
et  
um.  
nae,  
ita  
vi-  
en-  
fa  
Aë-  
to-  
de

16.

9

16.

Nota est distinctio doctrinarum medicarum in diaeteticam, therapiam et chirurgiam, quorum illa docet, quomodo sanitas conseruetur, haec quomodo amissa, per interne aut externe adhibita, restituatur.

17.

Iam videamus, quorū reserri possit doctrina eorum obiectorum (§. 15.).

Diaetetica regulis potissimum abfoluitur, quibus vita et sanitas conseruari et stabiliiri possint, recto vsu extrinsecorum et homini inhaerentium. Sed haec doctrina tangere non solet extrinseca, quae ad propriam doctrinam de alimentis remittit. Nec rite poterit de homini inhaerentibus praecipere. Etenim, quam supponit ceterum haec doctrina, physiologia quoniam exponit de statu sano, eodemque perfecto, totiusque corporis humani oeconomia, quae et structura et mixtione intrinseca resultat, deberet quidem homini intrinseca penitus exhaustire, multa tamen neg.

negligit, quae et tum in diaetetica prae-  
teruidentur, pari ratione, atque extrin-  
seca, quae physiologia ita tantum con-  
siderat, vt de viribus corporis humani  
confest. Quare peculiaris doctrina hos  
defectus debet supplere.

Therapia et chirurgia regulas po-  
tissimum definiunt, quando, et qua ra-  
tione, sanitas restituī debeat, omittunt  
vero obiectorum, quorum ope idem ob-  
tinetur, necessariam contemplationem:  
neque inepte.

Rei enim dignitas, dicendorum co-  
pia, recte efficit, vt propria doctrina  
de his obiectis praeiperet, quam *ma-*  
*teriam medicam* vocant,

Exponit haec doctrina de obiectis,  
quibus utaris ad restituendam sanitatem

Sed, quoniam diaetetica negligit  
doctrinam de obiectis, quibus sanitas  
con-

conseruetur, necesse est, ut de iis obiectis hic praecipiatur. Atque hoc commode ducuntur ea obiecta. Etenim explicandum est in materia medica, quomodo medicamenta agant in corpus humanum. Ea vero explicatio dari nequit, nisi consideriter de natura corporis sani: quare materia medica supponit absolutam iam physiologiam. Igitur effectus, qui de viribus obiectorum, per vitam et sanitatem patent, ad doctrinam nouam referri debent.

Alia etiam ratio est, cur huc ducas. Alimenta, hic potissimum consideranda, aliquando noxiā habent qualitatem, habent et vere medicatricem, vt de eodem obiecto loqui deberes in physiologia, diaetetica, pathologia, seu aetiologia, materia medica et chirurgica, in therapia et chirurgia. Sed expedit, de his uno loco exponere.

Materia medica non debet neglīgere noxiōs effectus, quos edunt obiecta

ta aliquando ad conseruandam et restituendam sanitatem usurpata. Quare tum praecepit de caussis aegritudinum.

Quemadmodum vero dantur obiecta, quae, homini oblata, facilius obfunt, quam profunt, ita et alia, quae sub alimentorum, aut medicamentorum, nomine veniunt, aliquando plus detrimenti, quam utilitatis, praestant.

Quoniam vero aetiologya aegritudinum praecepit de caussis aegritudinum, in hac doctrina consideranda videntur haec obiecta.

Sed est potius, quod ducas ad materiam medicam. Etenim tunc doctrina de obiectis, relatiue noxiis et medicatricibus, penitus coniungitur, neque est a materia medica haec consideratio penitus aliena.

Supponit etiam materia medica, dum agit de effectibus remediorum in corpus aegrotum, doctrinam de aegritudinibus, sed eam modo, quae de natura,

tura, affinitate et discrepantia, earum exponit, seu aegritudinum systema, nequitam aetiologyam, quam ad materiam medicam ducere poteris.

Deinde potest quid aegritudinem, at salutarem, efficere, quae debeat solum bene dirigi, non remoueri; alibi animus est, producendi talem aegritudinem salutarem, ut haemorrhagiam, vomitum, febrim; itaque aetiologya et doctrina, quae exponit, ut soleat aegritudo aliam inducere, seu de metaschematismo, debent hoc referri. Metaschematismus enim hic considerandus est, ut constet de mutationibus, quae produci debent, admissione cauillarum morbificarum, aut remediorum, ut aegritudo salutaris emergat. Neque existimes, haec pertinere potius ad forum therapiæ: aegritudines enim salutares, tamquam obiecta, quibus vtaris, et conditiones, sub quibus vtaris, omnino huc spectant.

Fieri solet, ut de venenis nulla enunciatio fiat vel in pathologia, vel in materia medica, quum neuter, qui has doctrinas tractat, sui id esse putet. Neque enim pathologia de obiectis, licet aegritudinum caussis, tam diffuse, ut rei dignitas vult, praecipere potest. Neque ad materiam medicam obiecta, quae aegritudinum caussae sint, duci hoc usque facile solebant. Quare a plerisque venena praetermittuntur, tum in pathologia, tum in materia medica, aut peculiariis conditurna doctrina.

Verum iatrice de his et ipotest, et debet, praecipere. Primo enim idem pharmacon, quod, maiori dosi usurpatum, vel ad corpus adplicatum, venenum ficit, in minori dosi, aut ad aliud corpus, adhibitum, medicamentum egregium est: deinde, licet aegritudinem hanc, vel illam, producat, vidimus (§. 24.) interdum, si salutaris sit illa, eam admittendam esse. Quare ad conditiones

folium

solum respiciendum erit, sub quibus pharmaca venena constituant, et quomodo aegritudines, et quas, producant. Neque haec doctrina ab iatrice aliena erit (§. 22. 23.), imo, dum et effectus nocivi, ab alimentis et medicamentis orituri, hic considerantur (§. 22. sq.), omnia sic in ynam doctrinam commode conciliantur.

## 27.

Quibus praemissis, vltra progre-  
di licet.

*Iatrice* est scientia obiectorum,  
quorum visu vita et sanitas pessimum dan-  
tur, aut conseruantur illaesae, aut re-  
fatuuntur in integrum.

## 28.

*Iatrice affinis* in eo est physiologiae  
et diaieteticae, quod contemplatur ob-  
iecta, quae corpus sanum afficiunt: dif-  
fert, dum naturam horum, et rationem  
agendi, maxime e horum natura red-  
endam, contemplatur.

## 29.

*androp. dñi. the 29. Decembris mdcxlii.*

Iatrice *affinis* est therapiae et chirurgiae, dum res est cum obiectis, quibus vita ac sanitas conseruantur et reintegrantur; sed *differit*, dum solum exhibet catalogum obiectorum, et conditiones effectuum exponit, quae e natura obiectorum resultant, indeque iis scientiis inseruit.

30.

Iatrice *affinis* est doctrinae de aegritudinibus, dum agit de aegritudinibus, a remediorum vsu nascituris (§. 22.), et de aegritudinibus medicatricibus, ut aetiologiam et metaschematismum sibi vindicet (§. 23. 24.); sed facile patet, qui differat.

31.

Iatrice *affinis* est pharmaciae, quoniam de remediis non simplicibus solum, sed praeparatis et compositis agitur; *differit*, dum haec de viribus tacet, rationem et encheires potius, quarum usus ope praeparata et composita perficiuntur, exponit.

32.

32.

Obiecta iatrices vel sunt affectio-  
nes corporis humani sani, vel aegritu-  
dines, vel remedia (§. 20. 22. sq.).

33.

Affectiones corporis humani sani,  
et aegritudines, sunt homini inhaeren-  
tia (§. 15.), innominata.

*aegri-*  
Homini extrinseca, quae certam  
ad vitam sanitatemque relationem ha-  
bent, sunt *remedia*, seu *pharmaca*.

34.

Remedia, seu pharmaca, sunt vel  
alimenta, vel medicamenta, vel vene-  
na, vel instrumenta (chirurgica).

*Alimenta* sunt remedia, quae vi-  
vunt et sanitatem, praestando nutritio-  
nem, conseruant, aut salutares effec-  
tus simul cum nutritione producunt,  
quodque relative (§. 13.).

B

Medi-

*Medicamenta* sunt remedia, quibus salutares effectus intendimus et praestamus, idque relatiue.

*Venena* sunt remedia, quae facilius homini obsunt, quam prosunt, sed relatiue.

*Instrumenta* sunt remedia, quae mechanice agunt. (*Apparatus* sunt remedia, quae physice agunt.)

## 35.

*Remedia vel* sunt naturalia, *vel* artificialia. *Naturalia* vel sunt mechanica, *vel* physica, *vel* chemica. Mechanica agunt per structuram, aut figuram: physica agunt per impulsum, seu modum applicationis: chemica per mixtionem.

## 36.

*Remedia artificialia* sunt *vel* officinalia, *vel* magistralia.

*Remedia artificialia* sunt *vel* simpliciter mixta, *vel* commixta. Idem definientur de naturalibus. Tum naturalia, *vel* artificialia, simpliciter mixta, cunctur *simplicia*.

37.

Ratio effectus remediorum pendet  
ab eorum actione et receptiuitate cor-  
poris humani.

38.

Est autem receptiuitas ratio cor-  
poris humani, qua corpus totum, vel  
pars, mutationes subit, occasione, in  
se agentis, remedii: et nititur potissimum  
irritabilitate et sensibilitate.

39.

Quibus praemissis, iam disquiren-  
dum erit, quid iatricen absoluat, et quae  
agenda omittenda sunt.

40.

Igitur in iatrice ad id respiciendum  
primo, vt, numero abundantium,  
objectorum, non copia solum, sed, dif-  
ferentiae specificae, characteres, rite  
Idem definiantur. Videamus potissimum de  
naturali mediis, e triplici naturae regno pe-  
ndis, quae facilius confundi possent.

B 2

Om-

Omnia, quae veteres nobis de remediis, tum simplicibus, tum compositis, reliquerunt, fere omnia nullius momenti esse, pro! dolor, fateri debemus, quoniam remediorum necessariam definitionem neglexerunt, vt, quamvis non leuis opera impendatur, vix tuto constet, num idem remedium sit, de quo veteres enunciarunt; ideoque iis remediis vix vti possimus e veterum institutione. Quare, hoc detimento sapientiores, caueamus, ne idem vitium committamus.

Fatendum quidem est, in exoticis quae, saepe in loco natali non sufficienter disquilita sunt, vel quod venditores characterem celant, aut obiecta ita mortata exhibent, vt ad corpus, ad quae pertinent, non satis tuto concludas vel quod negligunt perperam collectores, aut in regione, ad quam transfinisfa sunt, non sufficienter disquiri possunt, tale vitium committi, vnde fit, vt vnde habeantur, hodie satis sciamus, vnde proueniunt magnis rheum barbarum, semen fantomicum, myrrha, gummi ammoniacum, oleum praefatarum calida

cajuputi, rel., vt tamen his remedii,  
faepissime cum vtilitate vtamur. Atta-  
men opera omnino, quae potest, im-  
pendenda est, vt cognitio in his certa  
redundet.

## 4r.

Etenim non conductit solum inter-  
dum per characterem exactius nouisse,  
num idem remedium fit, de quo plura  
commendata et laudata legimus, ne ve-  
nenum pro medicamento, aut alimen-  
to, exhibeamus, aut, nisi mortem, plus  
saltem detrimenti, quam vtilitatis, prae-  
remus, fidei aliorum quid detrahamus,  
aut per diffensem obseruationum nostra-  
rum cum aliis incrementum medicinae  
retardemus; sed id etiam largitur vti-  
litatis, vt possimus, dum de indele et  
vribus remedii satis constat, ex affini-  
tate remedii cum aliis per characte-  
rem adduci, ad obseruandum atque ex-  
periendum, num similem vim et affinia-  
vit vise habeant, quo possimus aliquando, vel  
eniam magnis sumtibus comparanda neglig-  
entiae, vel noxam auertere, vtilitatemue  
oleum praestare maiorem.

Ne-

Neque obstat, quod e systemate  
historiae naturalis hoc, illoue, non sem-  
per tuto ad similes affinium vires con-  
cludi possit, quum aut non satis pro-  
spectum sit affinitati naturali, id, quod  
*Linneano*, systemati opprobrio veri-  
scio, aut vires etiam aliae in charac-  
tere vere affinibus lateant.

Licet enim virium discrimina al-  
quando in charactere affinibus occur-  
rant, atque interdum vix constet  
quorsum obiectum referas, tamen no-  
tories id contingit, vt non possint su-  
finem propositum aestimari; maxime  
quum systemata historiae naturalis mag-  
is culta, indeque viribus et charac-  
tere analogia potissimum iuxta se po-  
fita exhibentia, hic maxime confe-  
luntur.

## 42.

Quamuis autem historiae natura-  
lis magna omnino in iatrice laus  
et utilitas, non licebit tamen in eam  
descendere sententiam, non historiam  
naturalis solum felicem scrutatore-

quem

quemuis, sed rudi eius cognitione imbutum, eximium esse virium remediorum aestimatorem, quin medicum: neque arbitrabimur, naturae scrutatoreum prae aliis felici ratione iatricem esse expositurum. Pro! dolor, dum plerumque iatrices doctores fuerunt aut naturae scrutatores, aut chemici, factum esse videtur, vt iatrices nondum sit ea, quae debet, conditio; siquidem hi viri de constituendo charactere remedii, aut analysi chemica, magis folliciti, plura, quae vere huc pertinent, perperam neglexerunt.

Quare, si dicendum, quod res est, quoniam historia naturalis tantum omnino campum constituit, vt quis, soli huic doctrinae viuens, sufficienter occupari possit, plus utilitatis, quam noxae, videtur in iatricem redundare, quum historiae naturalis scrutatores eo, quo par est, studio iatrici subuenturi, characteres rite definiti; medici autem in iatrice hanc doctrinae partem historiae naturali relinquunt, atque ad eamdem quemque remittunt. Quod

quo

quo maiori iure fiat, et quo tutius,  
e sequentibus patebit.

Respiciendum deinde est ad mo-  
dum, quo de viribus remediorum  
constat.

Nascitur autem *cognitio de viri-  
bus remediorum* primo *experientia*, et  
sic quidem *casu fortuito*, cuius plura  
referre exempla, esset omnino super-  
fluum: sufficiat vnum. Dicuntur que-  
dam arbores, quae corticem perui-  
anum largiuntur, in lacum incidisse,  
et putredinem subiisse: aquam ob ma-  
ximam amaritatem neminem haufisse, nisi  
febri intermitente detentum, indeque  
et febrim cum siti sublatam esse: quod  
quidem et aliis, inde inuitatis, febi-  
citantibus accidisset, quamdui superfici-  
set eiusmodi aqua; qua deinde defi-  
ciente, dum arbores consumtæ erant,  
caussam amaritiei aquæ esse qualitatem  
et inuentam, sicque detectum  
esse egregium prorsus remedium.

Ex

Experienciam porro nascitur cognitio de virtutibus remediorum, observatione *instinctus animalium, simili-que hominum*, tum sanorum, tum aegrotantium, quo fit, ut alimenta et medicamenta congrua appetant auide-que deuorent, venena negligant.

Experienciam porro prodit cognitio de remediorum viribus, *animadver- sione ad usum oeconomicum, artifi- cialem*: dum varia remedia ad producendum hunc illumue effectum adhibentur.

Denique vel *casu*, vel de indu-  
stria, animalibus, aut hominibus,  
oblata remedia effectus edunt, quos  
aestimare debemus.

Exoritur inde cognitio aliqua, sed, imperfecta remediorum, qua vti quidem poteris, sed non tuto satis, ni- si sollicite rem aestimes, aliaque con- cur-

currant. Oritur inde cognitio, vt ex analogia, argumentando a simili, remediis ultra vti possis.

Nimirum si casu remedium produxit hunc, illumue, effectum, si in arte quadam similem, quem intendis, praefat, si instinctus hoc remedium pro innoxio alimento, veneno, aut medicamento, declarat, si exhibitum, aut applicatum, remedium ita egit, vt iam desideras, poteris ex analogia forte recte duci.

## 46.

At caue, ne in errores incidas. Nam in casu fortuito detectis remediis necessariae conditions forte fugiunt: ii effectus, qui sub oeconomico viu producuntur, ad corpora non viuentia applicata, fortasse longe alter agunt, quam in viuentibus, receptuitate donatis. Animalium hominumque instinctus non semper fidus index est. Atque ex animalibus ad homines cauta tantum valet conclusio, si casu, aut de industria, oblata remedia certa

certa ratione egerunt, fore, vt ita etiam in homine agant. Animalia enim structura et indole, indeque receptiuitate, differunt, vt mirari nequeas, non raro animalia ferre, quae homo non ferat, animalia damnum percipere ex iis, quae homini non nocent. Praeterea omnino non, aut non distincte satis, animalia sensus et mutationes, a remediiis inducta, significare possunt. Nec praeteruideri poterit, animal num iuniori aetate, an prouectiori fuerit, num vim aut ante obseruationem, an sub eadem, tuliterit, num fame vexatum, an pabulo nimio repletum fuerit, rel. a) - De hominibus infra dicendi locus erit.

## 47.

Igitur vt tuto possis remediiis vti, necesse est, vt aliis satisfacias.

Etenim quemadmodum instrumentorum spectanda est figura, seu strutura,

<sup>a)</sup> cf. C E L. G M E L I N de venen. T. I.  
p. 32. sq.

tura, atque physicorum impulsus, seu  
adPLICANDI ratio, ita et chemicorum  
mixtio (§. 35).

48.

Innotescit autem *mixtio* dupli-  
catione: nimurum tum *obseruatione*,  
tum *analysi chemica*.

49.

Et *obseruatione* quidem mixtio  
patefit visu sensuum obseruatoris, dum  
ope visus, olfactus, gustus et tactus,  
mixtionem indagat, quoniam mixtio  
definita definitam impertitur, sensatio-  
nem.

Ita profecto in cortice peruvianiano  
solo visus, olfactus, gustus, qualita-  
tes detegunt, omnino non negligendas.

Neque vero haec disquisitio tan-  
ti vbique ponderis, vt non neceſſe fit,  
accedas ad alteram.

50.

*Analysis* enim *chemica* reuelat  
potius partes constitutivas, potissimum  
in

in mineralibus non negligenda ratio-  
ne, docet, quae solui a corpore no-  
stro possint, quae secus, declarat, qui-  
busnam menstruis subigenda sint, vt  
vires quaesitas exferant remedia, quae  
partes remouenda, quae addenda,  
vt votis satisflat. Reuelat et facile  
commixtorum effectus, dum actio e  
simplicium comparatione eruitur.

## 51.

Cause autem, simplici partium  
constitutiuarum doctrina de viribus re-  
mediorum constare, indeque chemi-  
cum optime de vnu remediorum de-  
cernere posse, putes.

Quamvis enim mixtio remedio-  
rum omnino pateat, necesse tamen  
est, vt aestimes receptiuitatem corpo-  
ris humani, seu conditions et effec-  
tus remediorum. Accidit etiam, vt  
sub analysi aliquando pars, vi imbu-  
ta, se subducatur, visque alii parti con-  
stanti tribuatur, aut per analysin ip-  
sam fiat mutatio grauior, saepe diuti-  
us praeuerusa; aut vt effectus non

a simplici parte, sed e combinatione, resulteret.

Sed ducimur inde denuo ad experiendum, dum simplicia adhibemus ad varia, a corpore animali petita, ut sanguinem, sanguinam, indeque obseruamus effectus secuturos.

Cauter vero et inde ratiocinari debemus. Quae enim sanguinem emissem resoluant, aut cogunt, non ita homini exhibita faciunt, quae putredini resistunt, aut eamdem promouent non ita agunt in corpore. Idemque ex reactione sequitur et receptuitate corporis.

Quibus autem et si satisficeris viresque remediorum obseruatione et experimentis cognoueris, et hoc etiam ratiocinium supra dictis respondereat, erit tamen, ubi diuersum video<sup>s</sup> remediorum in simili casu effectum, ut statuere debeas, superesse et alio<sup>ad</sup>

ad quae attendas. Est enim virium conditio varia per variam constitutio-  
nem accidentalem: quorsum primo *lo-  
cus natalis*, seu *clima*, vbi remedium  
emergit, seu colitur: quod et si non  
vbique magnam differentiam virium  
efficiat, aliquando tamen omnino facit.

Spectanda etiam ratio, remedi-  
um *comparandi*, seu *colligendi*, *tran-  
mittendi*, *afferuandi*, *praeparandi* per  
laborem pharmaceuticum. Saepe enim  
videbis, longe alium sequi effectum, dum,  
plantae maxime, vere aut aestate,  
sunt collectae, atque aut sub magno  
et violento calore exsiccatae, aut sub  
leni et paruo, sub transmissione, aë-  
ri, aut effluviis variis, expositi, ut  
pulueres, maiori copia parati, facile  
vires perdunt, et varia ratio praepa-  
randi remedia longe alium, aut vehe-  
mentiorem, aut iusto minorem, effec-  
tum producit.

Quare attendere debebis ad in-  
dolem remediorum, saepeque exami-  
nare remedii probitatem. Quare et

no-

one;  
ex-  
mus  
etita,  
bsr.  
  
inari  
emif  
n ita  
redit  
uent  
inque  
uitate  
  
ceris  
ne e  
c et  
onde  
ideas  
ctum,  
alia  
ad

notas eius probitatis cognitas habere  
debebis, et exemplaria remediiorum  
et probae, et malae, notae cum illis  
comparare, atque in examine caute  
procedere, ne te ipsum fallas, accu  
sesque pharmacopoeos commissae frau  
dis, nisi coniunctus sis.

Neque vero haec sufficiunt, <sup>ut</sup>  
possis ideo remedii tuto vti. Quam  
uis enim cognoueris, hoc esse re  
medium genuinum, sciasque rationem  
quare analogiae ratiocinio ductus, hum  
exspectes ab exhibitione remedii effec  
tum, erit tamen, vbi erres, nisi re  
spicias ad conditiones corporis huma  
ni, ad quod adhibes. Ratio enim  
effectus remedii non pendet solum ab  
actione remedii, sed etiam a recep  
tuitate (§. 37.). Scilicet omne fer  
remedium stimuli vice fungitur, quo  
corpus humanum viuum excitatur <sup>ad</sup>  
agendum. Nimurum in mortuo homi  
ne non videbis eum, quem vides in  
viuo, ex remedii adlicatione, effec  
tum. Ut exemplo vtar, cantharides <sup>ad</sup>  
mor

mortuae cuti adipicatae, omnino non stimulant, vnde nec rubor, nec vesicula, concitantur. Alter enem in sanis, alter in his, illis, aegrotis. Est enim in illis, atque in horum plerisque, vbi cantharides concident humores ad eam partem, ad quam adipicatae sunt, vt tumor, rubor, lymphae sub epidermide accumulatio, emergant: in aliis aut prorsus non, malo omne, haec eueniunt, aut tardius, minusque conspicua ratione.

Quare iam supra monui, remedia omnia non absolute per suam indolem hunc illumue producere effectum, sed communem esse indoli remedii, inde que pendentia actioni, et statui corporis humani.

E receptuitate itaque videbis, idem remedium diuersum producere in variis subiectis effectum, aut varia remedia in variis vnum producere.

Expediet itaque, male neglectas leges receptuitatis condere, cuius iam has concipio.

Nimirum receptiuitas differt primo  
*valetudine*. Eadem remedia, vel ali-  
 menta, vel medicamenta, vel venena,  
 sub eodem regimine, diuersum produ-  
 cere effectum sub sanitate, aut aegri-  
 tudine varia, adeo inter omnes, et  
 iam non medicos, constat, vt non refe-  
 rat, de his multa commemorare. Quo-  
 tidie enim videmus, idem alimentum  
 in sanis aluum ducere, aut vrinam, su-  
 doremque, quod in aegrotis has excre-  
 tiones supprimit potius: idemque ob-  
 tinet in venenis et medicamentis. Si  
 v. g. camphora, cortex peruvianus, in  
 sanis calorem sudoremque mouet, in  
 aegrotis e contrario, atque potissimum  
 in putridis, sub sepsi varia, non solun-  
 non auget calorem, verum imminuit po-  
 tius, sudoremque aliquando retinet. El-  
 venenum variis in sanis quandoque parum  
 adfert periculi, quod in aegrotis facilime  
 necat, aut contra. Quare et effectus  
 quae ad dosin et formam remediorum  
 referuntur, rectius et huc ducuntur.  
 Pertinet huc exemplum, nullam aliud  
 ful

subductionem per purgantia, fortiora, et  
maiori dosi exhibita, successisse in quo-  
dam, nisi grauis iracundia tantum bilis  
ad intestina detulit, ut demum sumtum  
purgaris ageret. <sup>a)</sup>

Merito itaque miraberis, posse  
scriptores materiae medicae, atque ob-  
seruatorum, saepe adeo vniuersaliter  
enunciare, hoc remedium refrigerare,  
cire vrinam, aut sudorem, et negligi-  
re, in quoniam subiecto, tum fano, tum  
aegroto.

Non minus *sexu* differt receptui-  
tas. Ne tamen haec ita definite acci-  
pias, velim, quasi idem pharmacon om-  
nino diuersum producat in viris, quam  
in feminis, aut vice versa, effectum;  
differt tamen, dum per sexum subiec-  
tum variis gaudet, labore, tono, irri-  
tabilitate et sensilitate, per periodum  
catameniale etiam, concubitum,

C 2 con-

<sup>a)</sup> cf. TISSOT de morb. nerv. T. II.  
p. 381.

conceptionem, grauiditatem, partum,  
lactationem, diuersis.

*Actas* deinde et receptiuitatem diversam reddit, et *temperamentum*, quoniam inde quoque variae redundant irritabilitas et sensibilitas, cuius potius index est *temperamentum*. Neque ideo miraberis, in infante hoc vel illud medium hunc illumue producere effectum, aut tantum, quem quantum non in iuene, aut in hoc, quem quantumue non in *viro*, seneue, producit. *Temperamentum* etiam dum per valitudinem, sexum, aetatem, vitaeque genus, rel. differt et mutatur, efficit ut receptiuitas mutetur, sed ea differentia iam patet e reliquis §. §. a)

*Idiosyncrasia* iam consideranda quae est singularis hominis receptiuitatis, quam per cognitas causas

a) cf. CYLENI mat. med. p. 11.  
ed. germ.

explicaueris. Eadem facit, vt in exemplo, quod vidi, dum sexcenti faciliter us rheum barbarum purgandi scopo recusant, femina fuerit, quae ex omnibus purgantibus id solum petierit et tolerat, aut in alia, vsus rheii barbari sudorem moueret, non alumum, aut vineam, dum eidem sudorifera alum foluebant, vt cum admiratione obseruapi. Huc etiam pertinet, quod fint, qui recusent, nec ferant, formam variam, vt puluerum, pilularum, mixturarum, rel.

Notari autem meretur, quod idiosyncrasia non raro haereditaria sit, vt opus fit, practici subiecta interrogent, num eadem, an parentes, eiusmodi idiosyncrasia praediti sint.

## 60.

Simili ratione *antipathia* est, vbi quis pharmacon hoc illudue repudiat ea ratione, vt per cognitas caussas non explicaueris. Quemadmodum enim sunt, qui e fele, caseone, non vilis, sed proximis, in syncopen incident, ita et

et sunt, qui ex alimentis butyrum, caseum, solanum esculentum, repudient, et quavis ratione oblata, detegant, aut qui e medicamentis, camphoram, rheum, corticem peruvianum, mercurium, nitrum, renuant: licet saepe non tam antipathia, quam praeiudicatae opiniones, subfint.

## 61.

*Clima* etiam facit, vt alia sit receptivitas. Ita Russi et Turci magnam ferunt opili dosin, quam Galli et Germani, qui tantae non adeo facile adfuescunt.

## 62.

*Sympathia corporis humani* multum quoque in receptivitate facit. Ita in iis, quorum caput plethora topical laborat, vulneribus, quaevis saepe aliena vomitum mouent, aut alum ducent difficulter pharmaca, in aliis facile ducentia. Atque hoc pertinet etiam *conspiratio excretionum corporis*, quae fit, vt vna alteram facilius supplet et compenset, vt, dum v. c. transpirationem

nem supplet diuresis, e regimine aut moliminibus internis, diaphoretica fiant diuretica, aut contra. Huc porro et *reuuasio* et *deriuatio*, qua sit, vt humores a parte reuellantur, atque ad aliam deruentur, et *repercussio*.

## 63.

Est etiam, vbi *pars corporis*, ad quam remedium adhibetur, varium effectum producit, licet non raro eundem praefest. Ita sit quidem, vt aluum ducentia, cuti adiplicata, aluum ducent, aut cortex peruvianus, cuti adiplicatus, eundem praefest effectum, atque adsumta; est tamen, vbi haec secus euenant, atque aut alia dosis, vel forma, requirantur, aut longe alter agant. In quibus tum spectanda est reforstio, tum sympathia.

## 64.

*Aegritudo* etiam varia potissimum consideranda est in receptiuitate. Et primo quidem differentiae aegritudinum accidentales aestimandae sunt. Differt om-

omnino receptitas, vt aegritudo aut acuta, aut chronica, est, vnde fit, vt alia pharmaca desideret acuta, alia chronica, aut ni pharmaca alia, alias saltem eorum doses, aut formam. Idem obtinet, dum aut actua, aut passiuia, leuis aut grauia, aegritudo fuerit. Supponunt enim hae differentiae aegritudinum accidentales aliam sensibilitatis et irritabilitatis modificationem.

## 65.

Ex aegritudine varia autem iam potissimum aestimandi *morbi* sunt, vt in nosologia<sup>a)</sup> exhibui. Solent scriptores materiae medicae, atque obseruatores, plerumque hoc negligere, et solum effectus, quos praestant pharmaca in tollendis passionibus, enunciare, vt dicant, v. g. hoc pharmacum egregios effectus praestare in dysenteria, aut plthysi pulmonali, aut cancre. Quare videbis, saepe conquerere obseruatores, fidem nullam hunc, vel illi, scriptori habendam esse, quoniam eum

<sup>a)</sup> cf. syst. aegritud. T. I. 177. sq.

aut, vt  
alia  
alias  
idem  
milia,  
Sup-  
ritu-  
tatis

effectum non vidisse se ab iis pharma-  
cis, sub iisdem passionibus usurpatis,  
quae alii laudarunt, aut id damni non  
esse exspectandum, quod metuant alii.

Cuius rei rationem, videbis, si  
attente rem consideraueris, in eo esse  
quaerendam, quod praecipuum aegri-  
tudinem, morbum volo, et conditio-  
nem adhibendi pharmaci, neglexerint  
obseruatores, aut praeceuntes, aut imi-  
taturi.

Etenim si remedium quoddam in  
dysenteria biliosa saluti est, non aequa-  
est in inflammatoria, aut putrida, et  
contra: si aliud in phthisi purulenta,  
non aequa in pituitosa, et contra.

E contrario videbis, idem pharma-  
con, quod variis opponitur passionibus,  
morbo tamen, qui subest, affinibus, vt  
in phthisi pituitosa, et dysenteria pituitosa,  
in pleuritide inflammatoria et ascite ple-  
thorica, eundem praefare effectum.

Igitur, ne nimis vniuersales enum-  
cationes fiant, ne indicantia et contra-  
indicationes

indicantia praeter rem augeantur, oportet, vt ad aegritudinem variam, potissimum morbum, respiciatur in iatrice: quod et sub classificatione remediorum attendi debet.

## 66.

Notari et hic meretur, respiciendum esse ad *metaschematum*, seu mutationes aegritudinum, *aliasque* tum naturales, tum praeter naturales *mutationes*. Ita aliquando receptiuitas differre poterit, dum natura molitur aliam aegritudinem, quae forte toleranda et adiuvanda. Fieri ita potest, vt apoplexia cedat per febrim, remediorum etiam usu excitatam. Atque inde etiam oriri obseruatorum diffensus poterit.

## 67.

Dissent etiam receptiuitas *rationis cruditatis* et *cognitionis*, criseosque, quod toties videmus, dum vulgus remediis sine discrimine utitur, nocetque saepius iisdem remediis et regimine, quibus medicus veri nominis aegritudinibus me

medetur, dum cruditatem, coctionem et crises, rite aestimat.

*Consuetudo* etiam multum facit in receptuitate, dum frequenter repetita impressione mutat solida simplicia, sensus, irritabilitatem, sensilitatem, sistema vasculosum.

Inde fit, ut e consuetudine idem remedium sensim initius aut omnino non agat, aut e contrario lenissima eius dosis eadem, ac maior olim, praefet, vtque per remedia, saepe praefitos effectus, non raro sponte recurrent, vt vomitus, vt remedia eadem sensim nihil praefestent, nisi commutentur, vtque in hominibus, vsui spirituorum adsuetis, nihil efficiant remedia, nisi vel spirituosa sint, aut spirituorum usus continetur. Huc *educatio* et *vitae genus*, quae cum consuetudine pari passu ambulant. Inde fit, ut aut vehementiora, aut leniora remedia, et, hunc potius, quam alium, effectum producentia, ferantur.

*Anni tempus* etiam et *tempeſtas* aestimanda fūt in receptiuitate, siquidem et inde fit, vt remēdia longe aliōs, aut gradu ſaltem diuersōs, effec-  
tus praeftent, atque alio anni tempo-  
re, vel alia tempeſtate. Ita notum eſt,  
idem remēdium purgans in eodem ho-  
mine, aliisque conditionibus iisdem,  
ferena ſiccaque tempeſtate vſurpatum  
aliter agere, ac nubila humidaque.

*Externus* etiam corporis *ſtatus* conſiderandus, regimen, alia, quibus  
fit, vt receptiuitas, indeque remēdio-  
rum effectus mutentur. Ita a regimi-  
mine fit, vt remēdia vel ſudorem mo-  
ueant, vel vrinam.

In his tamen omnibus ne ſis r̄e-  
mīus. Hae enim leges quidem fūt re-  
ceptiuitatis, attamen non omni excep-  
tione maiores, quin et hic verum eſt,  
nulla lex eſt fine exceptione.

## 72.

Quae de receptuitate, ratione  
remediorum, enunciaui (§. 56. sq.), va-  
lent etiam, ratione homini intrinsecorum,  
et caussarum, morbificarum no-  
mine venientium. Neque de his fa-  
cile quis dubitauerit, modo attenderit  
ad ea. Ita omnino dudum enuncia-  
tum est, caussam aegritudinis exter-  
nam non sufficere, ut aegritudo fiat,  
sed requiri internam, dispositionem,  
quae receptuitas est. Sed haec rei  
conspiratio omnino approbat horum  
objectorum in unam doctrinam collec-  
tionem.

## 73.

Iatrice conditur porro cognitione  
virium remediorum et conditionum,  
Petenda e lectione librorum, potissi-  
mum historiae naturalis, itinerariorum,  
oeconomicorum, physicorum, chemi-  
corum, pharmaceuticorum, materiae  
medicae, pathologicorum, practico-  
rum, rel.

In

In quibus omnibus notae scriptorum bonae fidei supponuntur, praeteraque ad haec respici debet.

## 74.

Bene attendendum, num scriptores videantur aestimauisse modos, cognoscendi vires remediorum, et leges receptiuitatis (§. 43. sq. 56. sq.). Solent autem plerique horum plura negligere perperam, ut valetudinem alterutram, aegritudinum differentias, rel. Quare si dicendum, quod res est, pauci omnino sunt bonae notae scriptores materiae medicae, optandumque esset, plures eum in finem conspirarent, ut vnitis viribus ex obseruatoribus conderent iatricen.

## 75.

Quoniam scriptores in modo, ex periundi vires remediorum et legibus receptiuitatis delinquere solent, bene aestimandum, quo usque nihil minus enunciatis uti possis, potissimum quam opinione praeiudicatae notae sunt v.g.

No

Notum est, horrere plures phlebotomiam, aut emeto - cathartica in catarrho, emetica in apoplexia et pleuritide, camphoram in exanthematibus rel. vt nimis vniuersaliter haec defini-  
ant circa remediorum usum. Quare si rationem sciueris, e neglecto syste-  
mate aegritudinum, et caussis modo dic-  
tis, oriri, poteris caute obseruatis ni-  
hilo minus vti.

Scriptorum praecepta circa usum  
remediorum differunt etiam in iatrice  
(vt alibi) secundum educationem et re-  
ligionem, clima, temperamentum, fata  
et politiam, felicitatem praxeos, scrip-  
toris, vt, si ad haec attenderis, anim-  
aduersioribus scriptoris tutius utaris.

Mirum est, quantum etiam in ia-  
stice valeant educatio et religio. Quem-  
admodum enim per traducem hoc  
illudue remedium, a priscis per reli-  
gionem cultum, commendatur praeter  
ratio-

rationem, aut per fidem, remedio  
longo vsu, auctoritate priscorum, gen-  
tium, cognatumque, datam, laudatu-  
ita etiam fit, vt facile vires remedie  
attribuantur e singulari vel educatio-  
ne, vel religione: idque eo magis si-  
quo minus vires remediorum semper  
fatis certo analysi chemica aut expe-  
rimentis definiri possunt, vt in his fa-  
ce plus fidei experientiae dandum sileat.  
Ita factum olim, vt ex remediorum  
figura, colore, duritie, temperie va-  
ria, calida, frigida, humida, sicca,  
militudine cum parte corporis, vt se-  
liis afari et renum, anacardii fructu-  
bus et corde, rel. vires remediorum  
coniicerent, aut remedio non fideren-  
ti preces praemiserint, aut vires re-  
mediorum e calendario aestimauerint.

## 78.

Clima etiam facit omnino, vt  
quis possit e singulari incolarum re-  
ceptiuitate (§. 61.) effectus videre ha-  
dabiles, quos sub alio climate mi-  
nus animaduertere poteris: vt ii so-  
lum parandibet, et parandibet, et  
parandibet, et parandibet, et parandibet,

lum scriptori fidem habere possint, qui  
sub eodem climate viuunt.

## 79.

Temperamentum etiam, seu ani-  
mi conditio, facit, vt quis haec poti-  
us, vel alimenta, vel medicamenta, com-  
mendet, quam alia, vel solum lenio-  
ribus remediis fidat, vel magis acti-  
uis<sup>a)</sup>. Causa autem ipse, ne per tu-  
num temperamentum eo adducaris, vt  
fidem congruam renuas.

## 80.

Fata, felicitas scriptoris in praxi,  
efficiunt, vt vel laudentur, vel viti-  
perentur, nimium remedia, dum vel  
solum copiam quis habet, ditionibus, aut  
pauperibus, sumtuosa, aut viliora, ex-  
hibendi remedia, et singularem com-  
parandi experientiam.

## 81.

<sup>a)</sup> cf. h. parentis Beytraege z. med. Gelehrf.  
T. 2, n. XII. p. 307.

D

Politia etiam facile seducit scriptores, vt effectus remediorum collaudent cum suis patronis, aut supprimant noxam, ne fibi suisque maecestibus noceant. Exempla sunt odiosa-

E practicis vero scriptoribus magis aestimandi sunt ii, qui simplicitatem obseruationum et experimentorum, ne curata, et conscientiae notam praeferebant, descriptione, errores et mala cessa experimenta non supprimente, praediudicatis opinionibus aliena, se commendant. Saepe enim, qui cum remedio plura commixta exhibuerunt esse, et alios, fefellerunt, dum vni tantum remedio certos effectus adscripseruntur.

Suspecti erunt scriptores, qui de remedio, de quo agunt, aut quod de industria commendari velle videntur.

tantum exhibent virium catalogum, ut  
panaceae aut specifici facile nomen me-  
teri videatur.

## 84.

Dum animus est, iam et voce et  
scriptis docentum officia aestimandi,  
disquirendum est primo, qua methodo  
remedia enuncianda, seu de classifica-  
tione agendum.

## 85.

Sunt, qui in dispertiendis reme-  
diis vtantur, nullo ceterum respectu  
habito, ordine alphabetico, vt ZORN,  
LEWIS, BOURGELAT; alii, qui  
systematico ordine naturali, vt LIN-  
NEUS, BERGIUS, MURRAY; alii,  
qui primo regno naturae, deinde or-  
dine alphabetico, vt GEOFFROY,  
ALSTONUS; alii, qui secundum par-  
tes, in pharmacopoliis obuias, radices,  
folia, vt BÜCHNER, VOGEL, TRIL-  
LER, HILL; alii, qui secundum par-  
ticulas, quas chemia eruit, vt HERR-  
MANN, CARTHEUSER, GER-  
HARD, GLEDITSCH; alii, qui se-

D 2

cun-

cundum virtutes primarias, remedii attributas, vt CHOMEL, LOESEKE, CRANZ, SPIELMANN, CULLEN.

86.

Ordo alphabeticus tolerari quidem potest, modo omnibus desideratis satis fiat; id autem habet incommodi, quod non facile possit imeniri remedium, huic vel illi aegritudini opponendum, vel ex pluribus aptissimum quaeri, nisi aliunde consiterit.

87.

Ordo naturae systematicus id quidem comodi habet, quod, virtute saepe affinia, remedia iuxta se posita sint, nec partes remedii, aut eadem tota, in plura quasi frustula diuisa sint attamen, quoniam methodus naturae systematica non adeo necessario cognita esse medico debet, si vel vulgari fit, vt Linneana, erit profecto, ubi remedium, quod quaeris, difficulter inuenias, idemque deprehendas incommodi, atque ex ordine alphabetico.

Quum

Quum praeterea affinia saepe disiungantur, dissimilia iuxta se ponantur, de variis sub iudice lis sit, quorū referenda sint, sufficiet index remediorum secundum ordinem naturae systematicum.

## 88.

Ordo, secundum partes, in pharmacopoliis seruatas, non plus habet commodi, quam ordo alphabeticus, eademque incommoda, quin ad plura loca idem remedium disiungi debet: quare hunc ne sequaris.

## 89.

Ordo, secundum analysis chemicam ideo commendari nequit, quoniam chemica analysis non omnia huc vique cognita remedia tangit, potissimum mechanica et physica negligit, nec omnes virtutes remediorum, de quibus agit, reuelat, adeoque nil utilitatis praefiat. Sufficiet ea commemorasse, quae generalia sunt analysis chemicae, et de virtutibus remediorum agunt.

## 90.

Ordo secundum virtutes primarias, remediis attributas, ideo vix commendari posse videtur, quoniam, dum virtutes varias praestat idem remedium, ad varia loca duci debet, aut, si coniunguntur dicenda, tum ordinationi non omnino satisfit, tum remedium facile ibi ponitur, ubi vix cum auctore quaeras.

Nuper demum Cl. HERZ<sup>a)</sup> voluit, vt classificatio remediorum respondeat classificationi aegritudinum, unde remedia in nosologica, aetiologicala, et symptomatica, dispescuit. Cul enunciationi quatenus fieri debeat fatis, in sequentibus videbimus.

Postquam vero monui, docerem, a praeiudicatis opinionibus liberum, satisfacere debere methodo,

<sup>a)</sup> encyclop. med. p. 321. §. 62.

docendi, generali, iisque, quae tum modus, virtutes remediorum agnoscendi, tum receptiuitas varia, praecipiunt, et bene memorem esse oportere notio-  
 nis iatrices, ne quaedam praeteruide-  
 antur; iam pono in vniuersum, men-  
 tionem esse iniiciendam, quae sint ob-  
 jecta iatrices (§. 15.), vtque dispesci de-  
 beant (§. 32. 33. 34. 35. 36.), et quae  
 actio eorum, eorumque in vniuersum  
 notae. Tum commemoret obiecta or-  
 dine congruo, et quae ad regnum  
 naturae referenda, ex ordine naturali  
 perulgato, Linneano, instar indicis  
 (§. 87.), nomina officinalia et perulgata  
 Germanorum, Gallorum, rel. ad-  
 dat, descriptiones, apud optimos auc-  
 tores inueniendas, excitet, deficien-  
 tes suppleat, synonima adiungat, ico-  
 nes bonae notae alleget, maxime in  
 plantis. Tum notae characteristicae  
 totius corporis, vt plantae, aut par-  
 tis, in officinas pharmaceuticas recep-  
 tae, tum genuinae, tum adulterinae  
 et corruptae, addantur, dein clima,  
 locus natalis, methodus, simplicia eru-  
 endi aut colligendi, transmittendi,

imani-  
 com-  
 dum  
 i con-  
 i non  
 facile  
 uctore

vo-

m re-

linum-

iologr-

Ci-

eat fa-

do-

cen-

s lib-

, rite-

do-

af-

asseruandi, praeparandi, praeparata et  
composita, horumque dotes, visu, gu-  
stu, odoratu, percipiundas, et analysi  
chemica, obseruatione et experiundo,  
detectas, seu effectus secundum vari-  
am receptuitatem, et signa effectuum  
(vt venenorū), aut inertia remediō-  
rum, eruncienda: pretium, fata, re-  
mediorum, praeiudicatae circa idem  
opiniones; doses remediōrum, forma,  
modusque adhibendi, cum regime,  
secundum variam receptuitatem enar-  
randa, et de ratione etiam, quomo-  
do remedium agat, disputandum.

## 93.

Quibus quidem ita satisfacias  
vt, praemissis principiis generaliori-  
bus, quae ex affinitate naturali, phy-  
sica, chemica, per obseruationes et  
experimenta desumuntur, remedia se-  
cundum valetudinem variam exhibeas  
atque aegritudinem maxime systemati-  
satisfacias, tumque etiam ad coctionis  
modos respicias, vt desiderauī a).

a) System. aegrit. T.I. pref. p. 30. n.

94.

Quod dicendi genus attinet, neque nimia breuitate, quae in LIN-  
NEI et BERGII libris de materia  
medica castigis, neque vaga sermo-  
cinatione delinquit.

95.

Iam videamus, qua ratione am-  
plificari iatrice possit. Idem autem  
fit modis, supra dictis (§. 43. sq.): qua-  
re supereft tantum, vt de legibus qui-  
busdam agam.

96.

Si animalia ad experiendum eli-  
guntur, sint quadrupeda, aut aues,  
structura sua ad corpus nostrum pro-  
pius accendentia, et quantum licet  
abfque vi caute ingerantur et adpli-  
centur remedia, atque effectus rite  
obferuentur.

97.

Si ad analysis chemicam reagen-  
tia adhibentur, sint probae indolis.

E

98.

98.

Si experimenta instituuntur cum particulis, e corpore humano petitis, ad earum indolem, et remediorum genium, et effectus rite attendatur et caute concludatur.

99.

Si ad corpus humanum applicantur remedia, experiundi caussa, constet de remediorum ingenuitate, certa remedium assumptione, vel applicatione de conditionibus tum fani, tum aegroti, corporis; notentur clima, tempestas, regimen, dosis, forma, milicia, praeparatio, rel.

100.

Eligantur corpora primum fani, dein aegrota varia, talia, ut medico liceat facile de iungenda diaeta et reliquo regimine statuere.

101.

Remedium simplex, sine miscela exhibeat, incipiatur a parua dosi.

et adscendatur, tumque forma et regimen mutentur.

102.

Repetitio fiat sub variis conditionibus.

103.

Ne fidat memoriae suae medius, sed consignet omnia huc facientia.

104.

Attendat ad effectus remedii in functiones varias corporis: neque ex singulari casu nimium arguat.

105.

Experimenta suscipiat, tam ad vires remediiorum reuelandas, tam ad principia actiua agnoscenda, tam ad conditions usus et virtutum explorandas, ad inuenienda remedia, opponenda aegritudinibus huc, usque vel non omnino, vel vix sanabilibus, ad immuinuendam multitudinem specificorum, et exoticorum, rel.

Dulcis amicitiae prisco TIBI foedera

iunctus,

Appreco huncce diem, dulcis

AMICE, TIBI

Qui TIBI promeritos dudum largitur

honores,

Nuntiat et ridens omnia laet

TIBI:

Inclytus et felix, alter COTHENIVS

est;

Hunc post lustra decem sole

aliquando vide.

M. CHRISTIAN. DAVID IAN

GYMNAS. ISLEB. RECTOR.

Halle, Diss.) 1782/85




sb



# Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20



RUDIMENTORVM  
IALECTICAE MEDICAE

S P E C I M E N:

RUDIMENTA 1782  
IALECTICAE IATRICES

CONSENSV ATQVE AVCTORITATE  
RILLVSTRIS ET GRATIOSAE  
FACVLTATIS MEDICAE  
REGIA FRIDERICIANA

PRO GRADV  
DOCTORIS MEDICINAE

LEGITIME IMPETRANDO  
D. XV. M. AVG. CCLXXXII;

FVELICO RUDITORVM EXAMINI

S V B I C I T  
STIANVS FRIDERICVS DANIEL

HALLA MAGDEBURGICVS.

HALLAE  
D. IOANN. CHRIST. HENDER.